

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ
Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli
Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opuscuvlorvm**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm,
Aliarvmqve Observationvm ...)

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXI

IX. Georgii Pii Marchionis Brandenbvgici Epistola a. 1527. exarata Ad Io.
Rvrervm, Theol. Onoldinum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16153

IX.

GEORGII PII MARCHIONIS
BRANDENBURGICI

Epistola a. 1527. exarata
AD

IO. RVRERVVM, Theol. Onoldinum.

PRAEFATIO.

Georgius Voglerus in Epistola illa ad Super-
attendentes Onoldinos, inter quos etiam
Io. Rurerus erat, an. 1534. scripta, quam huius
collectionis T. I. Fasc. IV. p. 787. sqq. ex MSto
inserui, p. 799. nominatim meminit epistolæ
prorsus christianæ, a Georgio March. Brand.
cum adhuc frater eius Casimirus in vivis esset,
ad *Io. Rurerum* datæ, cuius exemplum aliquod
ad illos a se transmitti, Voglerus ibidem me-
morat. Ecce ipsius verba: *Der from Furſt - - - vor dem allain noch jnn lebenn uveylundt
meins gnedigen Herrn Marggraf Casimirn ſe-
ligen, euch Herrn Hanß Rurer ain en ganntz
Christlichen briefe geschrieben hat. Laut bei-
ligennder afschrieft etc.* Ego vero prorsus non
dubito, Ge. Voglerum hanc ipsam, quæ ex apo-
grapho coævo, interque cæteras Vogleri sche-
das reperto, lucem nunc videt, epistolam in-
nuere, id quod vel ex verbis sub finem exstan-
tibus: *quod primi erunt ultimi*, quæ & Vo-
glerus l. c. paullo post ea verba, quæ supra ex-
cerpta

cerpta dedimus, sigillatim exprimit, luculenter colligi posse arbitror. Cæterum confer, si placet, quas de *Io. Rurero* ipsius ad *Ge. Voglerum* epistolæ, in proxima sectione legendæ, præmit tam observatiunculas.

* * * * *
Die gnad gottes sey mit vns Amen.

Vnnsern gruss vnnd alles gut, lieber Herr
Hanns, Wo es euch vnnd allen den eue-
ren, die das Wort angenomen haben,
aufs best ging, Wer mir ein sundere freud. Wif-
set mich mit sambt den meinen, auch bey gue-
tem gesunde vnnd vermogen, vnd gib euch zu
erkennen, das Ich jungst zu Wienn a) bey mei-
nem Brueder gevvest, vnd vnnser vast zerdra-
gen oder veruneint, Was die artikell b) be-
langt, die er itzt neuelich zu Onnoltzbach ge-
macht hat, vnd ehe Ich der herschafft scha-
den thun hab Wollen, Hab ich in die artikell

M 3 be-

- a) Cum hæc epistola die Sabbathi post Valentini diem, qui in fastis in 14. Febr. incidere folet, scripta sit, videtur iste congressus Vindobonensis sub initium illius anni contigisse, mereturque ad §. XIIIX. p. 60. sq. vitæ Georgii Pii Schülinianæ annotari.

b) Confer, præter præcedentem Dugis Alberti epistolam, auctores supra p. 168. 169. citatos, suo quemque loco.



bevvilligen müssen, vnnd nachdem sy nur auf ein Jar gestellt sindt, Wie ir ferner von Herr Hannsen von Seckenndorff c) versteen Werdt, so ir jn vertreulich fragen Werdt, Derhalben Wollet dennest, Was Wider got ist, ein aufsehen haben, vnnd mein Brueder christlich ermanen, damit er got nit als gevvaltig in sein Wort greyff, vnnd gottes gebot mher vor augen hab, als der menschen gebott, damit das Weyhuvasser vnnd andere ungegrundt sachen nit Wider herfur gezogen Werden, dann es nur ein dant ist vnnd got nye gemacht oder gesetzt hat. Dann got Weiss, das es mir ein getreulich leyd ist, das sich mein Brueder also Wider gottes Wort setzt, doch Wollet es alles mit guetem glimpf thun, so es anders helffen Wirt, dann ein Jar nit an ein stecken gebunden ist. Solichs hab ich euch gnediger meynung nit Wollen verhalten,

vnd

c) *Vitus Lud. a Seckendorf* in Hist. Luther. in Indice I. loca aliquot suppeditabit, de hoc ipso Iohanne a Seckendorf, quem Georgii Marchionis Marescallum vocat, agentia, conf. plur. rev. Schülini vitam Georgii Pii, §. XXII. p. 84. & §. XXVII. p. 103. collata dedicacione, quam idem supra laudato libro: Fränckische Reformations-Geschichte, nuperri me præmisit.

und thue euch biemit vnd vns alle in die Barmherzigkeit gottes beuelhen, der Wirt sein Wort Wol erhalten, vnd es nach seinem gotlichen Willen machen, vnd Wollet alletzeit got fur mich bitten mit allen euangelischen, das got vnnus in seinen gnaden behalten Woll, Amen, damit altzeit euer gnediger herr. Es Will sich dem spruch nehnen, quod primi erunt ultimi. Got schiks zum besten. Dat. Jegerdorff d) am Sambstag nach Valentijn Anno &c XXVIIten.

Georg Marggraaff in Schleßien
zu preußen Herzog etc. e)

Inscriptio.

Dem wurdigen vnsern Ecclesiasten f)
zu Onnoltzbach vnd lieben getreuen
Hansen Rurern zu eygen hannden.

d) Vid. Schülinus in vita Georgii, §. III. p. 12.
& §. XII. p. 60. 61.

e) Vid. Schülinus l. c. & de titulo Ducis Borussiae idem §. XIII. p. 41. not. b. Epitaphium Georgii March. in templo Monasterii Heilsbronnensis hodieque conspicuum, cuius vir doctissimus mentionem hic facit, ipse §. LIII. eoque ultimo, p. 173. sq. latino & vernaculo sermone exhibet, ex quo illud distichon, in quod digitum, loco modo citato, intendit, in utraque lingua hic repræsentabimus:

M 4

Adde

*Adde quod et titulis accessit Prussia avitis,
Facta per hunc gelido subdita terra polo.*

*Preussen zum Haug Brandenburg gebracht/
Dasselb gerüst mit grosser Gewalt und Macht.*

Adduximus hos versus vel ea de caussa, quod
quarundam vocum variationem deprehendi-
mus in *Antiquitatibus Heilsbronnensibus*, quæ
a Summe Rev. & clarissimo viro, *M. Io. Lud.*
Hockero, Ecclesiaste & S. Theol. Prof. Illustr.
Gymn. Heilsbr. meritissimo, sub titulo *Heils-*
bronnischer Antiquitäten-Schatz, una cum
catalogo Bibliothecæ celeberrimi huius mona-
sterii, Onoldi 1731. fol. excusæ, & his ipsis die-
bus publicæ luci expositæ sunt, de quo præ-
claro, diuque a plurimis expectato opere, &
erudito orbi, & ipsi auctori doctissimo, sexa-
genario nunc uno anno maiori, fautori nostro
decenter colendo, iure meritoque publice gra-
tulamur. In hocce ipsum illud Epitaphium seu
monimentum, pereleganter æri incisum, in
fig. VIII. curiosis oculis sistit, & Part. I. Sect. I.
utramq; inscriptionem, germanicam p. 11. & lati-
nam p. 12. *αὐτόπτης* exhibet, ubi tamen in altero
versu vernaculo, loco vocis gerüst/ quam Cl.
Schülinus habet, hic legitur geauffert; latinum
autem distichon sic est expressum:

*Adde, quod est titulis accessio Prussia avitis,
Facta, per hunc gelido subdita terra polo.*
Cum vero & Casp. a Lilien in Orat. de March.
Brand. Georgio, Byruthi 1684. 4. typis exscripta,
(vid.

(vid. Sylloges T. I. F. V. p. 985.) eandem inscriptionem latinam, quam is Io. Stiglio, celebri olim Professori & Poetæ Ienensi, tribuit, paullo aliter, ac in Epitaphio cernitur, protulerit, teste Schülino l. c. p. 175. Schülinus vero & ipse ex *αὐτοψίᾳ* utramque opusculo suo inseruisse videatur; variantes istas lectiones nonnisi characteribus, forte ob vetustatem eo loco quodammodo detritis, sicque diversæ lectioni facile obnoxiiis, adscribendas esse, reor.

f) Vide sis, quæ de titulo huius præclari olim Theologi proxime sequenti epistolæ Rurianæ præfati sumus.

X.

EPISTOLA

IO. RVRERI ad GEORGIVM
VOGLERVM.

Anno 1515. scripta.

AD LECTOREM.

*D*e Ge. Voglero pluribus olim acturi, id quod in Tomo I. Fasc. III. p. 535. coll. p. 568. promisimus, nonnihilque promulsigis loco in Fasc. IV. dedimus, uti loca in indice auctorum, v. Voglerus, indicata, docent; omnem adhuc movimus lapidem, in eruendis memorabilibus, quæ ad priora & ultima vita eius tempora rationesque illustrandas pertinent. Verumenim-

M 5 vero